



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

28. Quis Canonicis Regularibus, & pastoribus ruralibus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

R. Non possunt de iure, Consuetudine tamen huius diœcesis ex tacito Episcopi consensu videtur introductum, ut sibi elegant.

Dices tertio: Per quem solet Episcopus fungi hoc munere circa Decanos rurales.

R. Per pastores, quos Decani sibi subiectos habent, hi enim sicut suorum confratrum pastorum, ita & Decani sui confessiones excipere solent.

Dices quarto: Tenentur praedicti ministrare ex iustitia vel charitate.

R. Vide quæ ante diximus de duplice modo eligendi.

### Q V A E S T I O XXVII.

*Quis canonicis Regularibus & Pastoribus ruralibus?*

Quæstionis explicatio.

**E**X dictis non est difficilis questionis resolutionis, tantum aduertendum, ut cum canonici regulares, sicut & pastores respectue sibi mutuo sacramenta ministrare solent, sciatur quis ex iustitiae debito vel solo charitatis teneatur illa ministrare.

*Responso.*

**A**Bates & Decani rurales tenentur respectu suis canonicis regularib. & pastorib.

30 DE NECES. ET MOD. MINIST.

pastoribus sacramenta per se vel alium ex iustitiae debito ministrare, quia sunt illorum immediati pastores, debent ergo illis immediate ministrare, idque ex iustitiae debito, quia Abbates & Decani idcirco obedientiam, reuerentiam & alias qualidam commoditates à suis respectiue subditis recipiunt.

Dixi (*per se vel alium*) quia satisfaciunt officio, si per idoneum ministrum id prestat.

Dices: Possunt Abbates & Decani ut opera cuiuscunq; sacerdotis idonei in ministrandis sacramentis?

R. Possunt in casu pestis, non ita extra illum, quia Decani regulariter debent ut approbato iuxta nouissimam Constitutionem Concilii (a) Tridentini, licet non Abbates pro suis, de qua re plura dicere non est huius loci.

*a. Seff. 25. c. 15*

Q V Æ S T I O X X I X.

*Quis teneatur sacramenta ministrare Imperatori vel Augusto vel Regibus, & eorum auxiliis peste infectis.*

Quæstionis explicatio.

*b. In 4. dis. 18  
c. 4. art. 2. §.  
Cardinales.* **S**otus (b) dicit se de hac quæstione nihil certi legisse quamvis autem hoc partculatim dicat de sacramento pœnitentiaæ tamen